

CAPUT XXXI.

PHILAUTIAM ET ARROGAN-
tiã maxima & pulcerrima dona, quasi
ebur atramentum, inquinare.

I. COR. 13. Si linguis hominum loquar
& angelorum, charitatem autem
non habeam: factus sum velut æs
sonans aut cymbalum tinniens.

NE quis forte miretur D. Paulum
charitatem tãtis encomijs orna-
re, scire licet ipsum *Deum esse cha-*
ritatem: & cõsequenter parem laudem
utriq; competere; neque majorem au-
gustioioremve virtutem in homine sive
Deo reperiri. Jam illa quæ proximum
respicit, duplex est, Vera altera, viva,
sincera & candida; falsa altera, hypo-
critica, & fucata. Priorem descripsit
B. Paulus amplissimo catalogo & recẽ-
su fructuum proprietatumq; ejus su-
peraddito. Posterior autem omnibus
suis verbis, donis & operibus ad quæ-
stum honorisque propriij lenocinium
abutitur; & utcunq; externa specie
divinum humanumq; bonum & com-
modum confectari videatur, intus ta-
men & in corde nil nisi privatum com-
pendium, & honorẽ speculatur. Quic-

Luth.
Post. Ec-
cles. par.
2. fol. 13.

Amor
verus &
falsus.

quid